UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarivs In Jus Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas Gregorii IX. P. M.

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XII. De plus petitionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62329

Visual Library

Dicta de obſervatione feſtorum non concernunt tantum feſta, quæ ubiq; obſervanda, ſed etiam, quæ in loco ſingulari, ſive ſtatutis Epiſcopalibus, ſive etiam conſuetudine inducta. An autem induci poſſint per laicorum ſtatuta, dictum ſuprà, *Tit. de Conſtitut. num.* 30.

Poſterioris generis feriæ imponuntur à Principe, ex occurrente cauſa victoriæ, natæ prolis, unde & vocantur Imperiales, quòd ipſe ſolus eas indicat, *l. 2. C. h. t.*

33 Q. An feriis renuntiari, per partes poſſit? R. Solemnibus in honorem Dei inductis non renuntiari, uti nec repentinis, inductæ enim ſunt in honorem & favorem ſuperioris, nemo autem niſi favori ſuo renuntiat, *l. penult. C. De pactis.* Ut renuntiatio iſta procedat in feriis meſſium, vindemiarum, *c. ult. h. t.* quòd in favorem privatorum principaliter ſint inductæ quæ competunt non ruſticis tantum, ſed & non ruſticis, & otioſis, cum *l. 1. De h. t.* indiſtinctè loquatur, ut notat tibi Gloſſa.

TITULUS X.

De Ordine cognitionum.

SUMMARIUM.

1. *Cauſa criminalis præjudicat civili.*
2. *Poſſeſſoria cauſa præmittenda cauſæ proprietatis.*
3. *Præjudicialis ſuſpendit deciſionem principalis.*

ORdine deinceps res cognoſcenda, qui exigit cauſas præponderantes præcognoſ-
1 ci. * Hinc cauſa criminalis præmittitur civili, niſi plus periculi ſit in civili, *l. fin. C. de ord. judicior.* Poteſt tamen & ſimul utraque diſceptari & dirimi, ſi ſimul utraque proponatur, *l. 3. C. d. tit.*
2 * Poſſeſſorium potius eſt etitorio, ut dicetur infra Tit. XII. etiamſi a tur de crimine, *l. 1. C. De appellat.* quòd pl riculi ſit in poſſeſſione, quia interim, du crimine agitur, careret dejectus in ſui detrim m, & periculum eſſet, ne ad manus venirent partes, poſſeſſionis obtinendæ cauſa, propter ejus commoda. Unde ſpoliatus ante omnia reſtituendus, nec audiendus, ſpoliator ante reſtitutionem, niſi per modum exceptionis ſpoliationem objiciat, *c. 2. & fin. h. t. & inf. tit. 13. de reſtit. ſpoliat.*

Præjudicialis quoque cauſa ſuſpendit prin- 3
cipalis cauſæ deciſionem. Sic hæreditatis petitio ceſſat, donec cauſa ſtatus aut nativitatis objecta ſit deciſa, *c. 3. h. t.* Et lis ſuper matrimonio ſuſpenditur, donec conſanguinitatis liquidetur objectio, *c. 1. h. t.* Hujus enim deciſio illi præjudicium facit, *l. 2. C. h. t.* Exceptio quoque teſtibus objecta prius excutienda, quam teſtimonium earum accipiatur. Tractanda autem
quæſtio præjudicialis coram eodem judice, li- 4
cet aliàs non competente, *l. 1. C. de ord. judic.* Niſi tamen fuerit cauſa alterius fori, quæ ne quidem incidenter à laico definienda, *c. Lator inf. qui filii ſint legit. & c. pen. h. t.* ubi hæreditatis quæſtio coram laico pendens non impedit quæſtionem matrimonii remitti ad Eccleſiaſticum.

TITULUS XI.

De plus petitionibus.

SUMMARIUM.

1. *Plus petere quot modis quis dicatur.*
2. *Pœna plus petentis.*

PLus juſto nihil debet continere libellus. * 1
Plus juſto continere eſt quatuor modis, ſcilicet re, loco, tempo uſa, quos explicat *cap. 1. h. t. circa finem.* * i pœna plus pe-
tentis eſſe dicitur, quòd re auſâ plus petens 2
in expenſas teneatur reo, l verò ad intereſſe: tempore plus petenti induciæ duplicentur, nec alter cogatur litem excipere, niſi expenſis ſibi ſolutis. Videantur dicta *Inſtit. de actionib. §. plus autem & tit. C. de plus petitionib.*

TITULUS XII.

De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.

SUMMARIUM.

1. *Poſſeſſio quid?*
2. *Alia eſt Civilis, alia Naturalis.*